

## III ▶ ARGENTUM

tum viuum.

**A**Rgentum viuum, quia aquæ instar fluidum liquidumq; est, à Græcis ὑδραργυρος, & ἀργυρος χυτός. nec est aliqua inter hæc nomina rerū distinctio. Quia autem de ceteris metallis detrahit, ex eo natum prouerbium, Hydrargyro furacior. Hoc autem natium est, quod purum sincerumque: idq; & in venis proprijs, & interdum in schisti vena, quod nos vidimus, reperitur: aut est facticiū, quod è minio fit. Minium autē & schistos, parēs huius metalli putatur. Minium ipsum interdum in lapide fissili cinereo conspicitur, bractearum more: interdum in lapide metallico candidissimo, quale est Hartensteini. Inuenitur etiam purum colore atq; specie, nihil differēs ab argento rudi rubro, interdum etiam iccoris colore. Hoc solum metallum in Misnia non foditur,

tur,